FLORUS LUGDUNENSIS. RUPERTUS TUITIENSIS

Zwettl, Ende 12. Jh. Seite 142r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31662
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



quia uidelicet qui tanti iudicii penam erat
illaturus. ipse est qui miserorum penis non
delectatur. nec rursus potest negligens esse
aut iniustus. ut peccata secundum modum cuiusque
non ulciscatur. Hinc ait ipse in ewangelio.
Non possum ego a me ipso facere quicquam.
sed sicut audio iudico. a se ipso namque facit et
iudicat. quia non audit is qui merita rerum sub
uertit et inordinata relinquit. ubi gratia di
cat bonum malum et malum bonum et pro fauore
suo sicut iustum ita iniustum dimittat in
punitum. Hoc qui facere non audet homo
ut cumque iustus est. qui autem non uult. iustus
et sanctus est. qui autem facere nunquam possit
aut potuerit solus deus est. qui natura ius
tus est. Quare autem facturus hoc
iudicium premisit dicens. Non permanebit
spiritus meus in eternum in homine quia caro est.
Nonne et ante quam hoc diceret auferebat spiritum ho
minum deus et deficiebant et in puluerem suum
reuertebantur. Nonne et primo hoc dixit. donec
reuertaris in terram de qua sumptus es. quia puluis
es. et in puluerem reuerteris. Immo nonne et
ideo emiserat eum de paradyso ne uiueret in eter
num. Dixit enim cum yronia grauissima.
dixit iam tunc dolore cordis tactus intrinsecus.
ecce adam quasi unus ex nobis factus est. s. b. et m.
statimque sub iunxit. Nunc ergo ne forte mit
tat manum suam et sumat et de ligno uite et co
medat et uiuat in eternum. emisit eum deus
de paradyso uoluptatis. Quid ergo sibi uult
quod qui filii dei. filias hominum uxores acceperunt.
ille qui genuerunt gygantes. i. uiros famo
sos et potentes a seculo. quando corrupta iam terra
erat omnisque caro corrupat uiam suam. cum propter
hoc uellet inducere diluuium. quasi tunc primum
detrahens dixit. non permanebit spiritus meus. i. spiritus
a me datus. siue ad ymaginem meam factus non
permanebit in homine in eternum. Quid inquam
nisi omnibus seculis satisfactum esse uult ab expi
mentis. quod sapienter et utiliter. rationabiliter et
misericorditer faceret hoc ipsum quod hominem mor
te anime [illegible] mortuum per peccatum. in corpore mor
tale esse uoluit edicendo illi [illegible]. quia puluis
es. et in p. r. preueniendo illum et eiciendo de
paradyso uolupt. ne forte mittens manum sumeret
et comederet de ligno uite. et uiueret in eternum.
Igitur cum dicit non permanebit. s. m. in. h. i.
hoc eum intendere arbitremur ut approbemus
et laudemus bonum eius consilium. quia uere
quod hominem in anima mortuum uetuit esse cor
pore in mortale. hoc fecit misericorditer nobis con
sulens. et sic scriptum est precauens in futurum.
Quid enim. Si propter uitam longiusculam qua
tunc uiuebat alius annos. dcccc. xxx. a
lius. dcccc. v. alius dcccc. lxu. alius annos. dcccc.
lxix. ut matusalam. si inquam propter tantulam uiuen
di moram quam ad eternitatem comparata. ne momen
ti quod uel puncti ratione obtinet ita superbi
ant homines uiri famosi. a seculo potentes
atque gygantes. i. dei contemptum habentes. mente
superbissimi et carne corruptissimi sicut ipsa
scriptura semel atque iterum atque tercio et quarto
inculcans. et replicans manifeste asserit
quod egissent uel quales fuissent. si sese nunquam
morituros esse scirent. Perpendat qui potest
quia reuera nec leuiter dictum est. precauens in
futurum. nec leue fuit aut paruum quod precaui
deus impedimentum salutis suorum ad eternam glo
riam predestinatorum. cupiens bonum usque ad
uictoriam perducere propositum. Arbitrari namque licet.
quia non minus in hominibus quam in demoni
bus incorrigibile fuisset superbie malum. ad
dita corruptione carnis. ultra miseriam demo
num qui carnei non sunt.
Propterea dicentem deum finis uniuerse
carnis uenit coram me et ego disper
dam eos. cum terra. fac tibi archam et
cetera. Audit noe uir iustus atque perfectus
et tacet. nullamque precem pro iniustis offert. ut

142